



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 2. Quænam sunt [fi]liæ Acediæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

*Resp.* Acedia latè sumpta est quodvis tædium, seu animi remissio in exercitio virtutum, ob laborem, seu molestiam, ac difficultatem adjunctam. Sic sumpta non est vitium speciale, sed generale: quia (ut ait S. Thom.) omne vitium refugit bonum virtutis oppositæ; estque contra illam virtutem, cujus actus refugit. Est autem peccatum mortale, vel veniale, prout ex illa violatur præceptum in re gravi, vel levi.

Acedia strictè sumpta est tristitia, & tædium de divina amicitia apprehensa ut mala, propter adjunctam difficultatem illius obtinendæ, & conservandæ per laboriosa virtutum exercitia, & voluptatum illicitarum fugam: unde fit, ut quis amicitiam illam non curet, Sic sumpta est vitium specialiter, & graviter charitati Dei repugnat.

*Q. 2. Quanam sunt filia Acedia?*

*Resp.* Sunt. 1. Malitia, qua quis odit bona spiritualia, & vellet ea non esse; aut qua ipsum pœnitet bonum fecisse; aut qua contemnit Dei Beneficium, v. g. cupiendo non agnovisse Christum, non fuisse Religionem Professum, &c. ob difficultates, quæ in Dei obsequio superandæ sunt. Est mortalis ex genere suo. 2. Pusillanimitas, 3. Desperatio. 4. Rancor, qui est indi-

dignatio, & fastidium adversus eos, qui ad virtutum opera, & fervorem inducunt, ideóque eos refugit.

5. Torpor, qui est langor animi, quo bonum, vel omittitur, vel negligenter fit. Est mortalis, si bonum sit graviter præceptum; & semper valde periculosus est, disponitque ad mortale.

6. Evagatio mentis in oratione, aliisve exercitiis spiritualibus. Mortalis est in oratione, vel exercitio spirituali graviter præcepto, si in parte notabili voluntariè duret: venialis verò in oratione non præcepta, nisi sit circa objecta graviter illicita, quæ placeant.

*Q. 3. Quanam sunt acedia remedia?*

*Resp.* Præcipua sunt oratio, omnia Religionis, & pietatis exercitia; quotidiana meditatio rerum Cœlestium; laborum, ac Passionis Christi, & Sanctorum, perfectionum, ac Beneficiorum Dei, præmiorum fervidæ Charitatis, brevitatis laborum, æternæ beatitudinis, damnorum temporis, &c. lectio librorum spiritualium; quotidiana auditio Missæ, frequens Confessio, & Communio cum debitis dispositionibus; temperantia, fuga otii, macerationes carnis. &c.

TRAC-